



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De causa formàli & finali exco[m]munitionis & de se[n]te[n]tia iust. &
iniusta valida & inualida cap. 9. & 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

xima est peccatum mortale consummatum, contumacię coniunctum, quod intelligitur etiam, quando fulminatur in futurum peccatum ex inobedientia, quia omnis inobediens, præsumitur contumax. Ignorantia inuincibilis excusat, nec vlla excommunicationis iuris comprehendit mandates, consulentes, fauorem, vel auxilium præstantes, nisi exprimatur, sed solum facientes, & quando illi exprimuntur, non incurvant, nisi sequatur effectus.

De causa formalis, & finali excommunicationis, & de sententia, iusta, & iniusta, valida, & invalida. Cap. 9. & 10.

IN iure non assignatur aliqua excommunicationis forma determinata, sed possumus uti huiusmodi verbis excommunico, sepa-

to, anathematizo, &c. in ea vero excommunicatione, quæ ab homine fertur, nonnullæ circumstan-
tiæ sunt necessariæ. * Prima,
quod præcedat tria admonitio,
aut saltem vna pro tribus, datis
tribus interuallis duorum dierum
pro singulis. Quando verò est ca-
sus quicquam à iure sub excom-
municationis pœna vetitus, potest
quis ab homine sine ullâ admo-
nitione propter idem delictum
excommunicari. * Secundò ne-
cessè est, ut feratur non solum
iudicis verbo, sed etiam scripto,
quo excommunicationis causa
exprimatur. * Tertiò, requiritur
iudicis intentio, & partis. * Quartò
expressio cause rationabilis, &
manifestæ. * Iusta & valida est
excommunicationis sententia, cū
circumstantias omnes habet es-
sentialiter requisitas. * Inualida,
si errorem contineat intolerabiliem,
vel aliquid impossibile,

auctiue nimis , quale est peccatum veniale. * Iniusta est sed valida, quando caret aliquibus non essentialiter requisitis, ut si non praecedant omnes admonitiones , vel non fiant in scriptis, si odio, vel iniqua feratur intentione : si autem iudex erat publicè suspensus, vel excommunicatus aut nullam habebat iurisdictionem , vel reus tempore debito appellavit, iniusta , & invalida pariter erit.* Causa finalis est utilitas & proximi fructus, nepe ut resipiscat, & ad bonum converatur.

De effectibus maioris excommunicationis.

Cap. 11. 12. & 13.

Priuat excommunicatio maior publicis Ecclesiæ orationibus, Missa, & suffragiis : attua, & passiva sacramentorum